Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-601968-p0001-4

He. He. 26.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-601968-p0002-0

5

Cg
1962

# Delineatio Analytica

Libelli Plutarchiani,

ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ,

ſive,

De Puerorum educatione,

Confecta ſtudio

Adami Liebigii,
Profeſſoris in Illuſtri
Aurimontana.

Lignicii typis Sartorianis.
Anno MDCVI.

Reverendo Viro, Doctrinâ et Virtute praestantissimo Domino Abrahamo Cramero, Verbi Divini in pago Hertzogswalde Ministro fidelissimo, amico suo pl. observando mittit Auctor

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-601968-p0003-5

Nobiliſsimis, & præclarâ in-
dole ac Literarum Virtutúmque
ſtudio florentiſſimis Adole-
ſcentibus:

JOANNI-ERNESTO
à NOSTITZ
in Deſa:

SEBASTIANO
â SCHWARTZ
in Schlon & Fürſtenaw:
&

ERNESTO à DHYR
in Herzogwalde &c.

*Diſcipulis meis cariſsimis,*

*Hanc Tabulam Analyticam, in bene-
volentiæ ſignum, calcárque ſtudiorum
ac virtutum, offero ac dico*

Adamus Liebigius.

# Tabula Generalis.

**Libelli partes ſunt 3:**

- 1. Exordiũ, captans tùm
  - Docilitatem, deſignatione Objecti libelli, quod eſt ἡ τῶν ἐλευθέρων παίδων ἀγωγή· τίνα τις ἂν ἔχοι εἰπεῖν.
  - Attentionem, expoſitione finis, qui eſt vitæ honeſtas, morúmqve integritas: Καὶ τίνι χρώμενοι.
- 2. Ipſa præceptorum expoſitio, quorum quædam ſpectant
  - Liberos legitimè procreandos: vide tab. A.
  - Liberos procreatos legitimè educandos: ubi legitimæ Educationis explicantur tùm
    - Cauſſæ adjuvantes generales: vide tab. B.
    - Species: eſt enim educatio alia
      - Infantum: vide tab. C.
      - Adultiorum & vel
        - Puerorũ quorum conſid. tùm
          - Informatio: ubi ſpect.
            - 1. Informator. vide tab. D
            - 2. Partes Informationis: vide tab. E.
            - 3. Modus informandi: vide tab. I.
          - Recta morũ conform. vide tab. L.
        - Adoleſcentum: vide tab. N.
- 3. Epilogus: vide tab. R.

## Tabulæ Speciales.

### Tab. A.

**Ratio liberos legitimè procreandi continetur duobus præceptis: quorum**

- Prius eſt de Honeſtâ Uxore ducenda: Hujus
  - Sententia eſt: Patres, qui cupiunt honeſtos ex ſe gignere liberos, non debent conſveſcere cum abjectis mulieribus, utpotè meretricibus & ſcortis: Τοῖς τοίνυν ἐπιθυμοῦσι.
  - Rationes ſumuntur ex duplicibus contrariis effectis con trarii Ortus:
    - 1. Effectum Ortus:
      - Inhoneſti, eſt contractio perpetuæ infamiæ:
        - Proponitur ibi: Τοῖς γὰρ μητρόθεν.
        - Confirmatur teſtimonio Eurip. καὶ σοφός.
      - Honeſti, eſt acquiſitio παῤῥησίας nulli reprehenſioni atque calumniæ obnoxiæ: καλὸς ὤν.
    - 2. Effectum Ortus,
      - Inhoneſti, eſt depreſſio animi: quod effectum
        - Proponitur illuſtratum ſimili ab auro ſubærato: καὶ μὴν καὶ.
        - Confirm. teſt. Eurip. καὶ μάλα.
      - Honeſti eſt elatio animi: quod effectum
        - Proponitur ibi: ὥσπερ.
        - Confirmatur.
          - 1. Directè, exemplo Diophanti, qui gloriâ parentum confiſus gloriatus fuit Athenienſes omnia velle, quæ ipſe velit: Διόφαντον
          - 2. Indirectè facto Lacedæmoniorum Archidamum Regem pecuniâ mulctantium, quòd parvæ ſtaturæ uxorem matrimonio ſibi junxiſſet, quæ non Reges, ſed Regunculos eſſet paritura: πάνυ δέ.
- Alterum eſt de Sobrietate colendâ: Hujus
  - Sententia eſt: Patres liberis operam daturi, ſobrii eſſe debent: ἐχόμενον δ' ἂν εἴη.
  - Ratio ſumitur ab effecto contratrii vitii, propagatione nimirũ ebrioſitatis in ſobolē
    - Proponitur ibi: φίλοινοι γάρ.
    - Confirmatur teſtimonio Diogenis, qui videns aliquando effrenatum & furentem quendam adoleſcentulum, furoris illius cauſam patris ebrioſitatem eſſe dixit: ἢ καὶ Διογένης.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-601968-p0005-7

# Tab. B.

Tractatio Cauſſarum Adjuvantium generalium eſt partim

- Διδασκαλική: eáque
  - Proponitur illuſtrata comparatione parium: Ut ad artium & ſcientiarum perfectam cognitionem: ſic ad perfectæ Virtutis acquiſitionem tria oportet concurrere: Naturam, Doctrinam, & Exercitationem: καθόλȣ μὲν ȣ̃ν.
  - Probatur
    - 1. ex adjunctâ perfectione Virtutis orta ex trium illarum cauſarum concurſu.
      - Proponitur ibi: εἰσὶ δ' αἱ μὲν.
      - Illuſtratur & amplificatur
        - 1. ex adjunctâ imperfectione Virtutis, unâ harum cauſarum deficiente: καθ' ὃδ ἂν.
        - 2. è ſimili ab agriculturâ: ὥσπερ δέ.
    - 2. ab exemplis præſtantiſſimorum Philoſophorum, Pythagoræ, Socratis, Platonis, & aliorum: ταῦτα πάντα.
  - Concluditur Epiphonemate, exponente horum 3. bonorum tùm
    - Cauſam Efficientem principalem, DEUM.
    - Adjunctam Felicitatem: εὐδαιμον μὲν ȣ̃ν
- Ελεγκτική: eáque
  - Proponitur: Toto Cœlo errant, qui Naturam Arte & Adſvefactione juvari ac corrigi poſſe negant: εἰ δ' ἔτι.
  - Probatur
    - 1. è duplici contrario. Nam ſi
      - 1. Ignavia bonitatem Naturæ corrumpit: tùm vitioſitatem ejus corrigit Doctrina atque Induſtria: φύσεως μὲν γὰρ
      - 2. Facilia fugiunt negligentes: tùm difficilia adſiduitatis ſtudio ſuperantur: καὶ τὰ μὲν ῥάδια.
    - 2. Inductione rerum Senſu tùm
      - Carentium:
        - Guttarum aquæ: Σταγόνες:
        - Ferri & æris: σίδηρος:
        - Rotarum curulium: Οἱ δὲ.
        - Scipionum hiſtrionis: Τάς γε:
        - Terræ: Αγαθὴ γῆ.
        - Arborum: ποῖα δὲ δένδρα.
      - Præditarum:
        - Corporis humani: ποῖα δὲ σώματος.
        - Equorum: τίνες δ' ἵπποι.
        - Ferarum immaniſſimarum: Καὶ τί δεῖ.
    - 3. è teſtimonio Theſſali per χρεῖαν à re militari: ἓν καὶ ὁ θετταλὸς
    - 4. ex adjunctâ diuturnitate conſvetudinis: Καὶ γὰρ τὸ.
  - Concluditur elegantiſſimâ χρείᾳ & prudentiſſimo facto Lycurgi: ἐνί δὲ περὶ τȣ́των.

# Tab. C.

**Educatio Infantum duplici præcepto continetur:**

- 1. eſt de Nutritione, quæ & ipſa 2. præceptis explicatur:
  - **Primi**
    - Sententia eſt: Matres ipſæ liberos ſuos lactare debent: δεῖ δέ.
    - Rationes ſunt tres:
      - 1. ex adjuncto contrario amore Matrum & Nutricum. Nam
        - Matres vero utpotè naturali & inſito, amore proſeqvuntur infantes: συμπαθέστερόν τε.
        - Nutricum benevolentia eſt ſubdititia & ſimulata, utpotè ex amore lucri profecta: αἱ τίτθαι δὲ
      - 2. è fine tùm
        - Facultatis lactandi, omnibꝰ animantibus parientibus à naturâ conceſſæ: διὰ γὰρ τοῦτο.
        - Binarum mammarum Mulieribus à naturâ ſuppeditatarum: σοφὸν δὲ ἄρα.
      - 3. ex effecto, auctione videlicet amoris materni erga prolem: χωρὶς δέ.
  - **Secundi**
    - Sententia eſt: Si Matres, vel propter corporis infirmitatem, vel propter ſtudium alios liberos procreandi, infantibus lactationis officium præſtare neqveunt: tùm licitum eſt quidem ipſis, infantes ſuos aliis lactandos tradere: ſed ita, ut nutrices illæ ſint probæ ac patriis moribus præditæ: εἰ δ' ἄρ' ἀδυνάτως.
    - Ratio deſumitur è fine, rectâ conformatione indolis ac morum ſobolis, illuſtrata comparatione pariũ: cujus
      - Protaſis, ibi: ὥσπερ γὰρ τὰ.
      - Apodoſis
        - Proponitur ibi: τὸν αὐτόν:
        - Confirmatur contrariis adjunctis teneræ & inveteratæ ætatis: εὔπλαστον γάρ.
        - Illuſtratur ſimili à cerâ, cui imprimuntur ſigilla: καθάπερ γάρ.
    - Concluſio comprobatur teſtimonio tùm
      - Platonis: καί μοι δοκεῖ.
      - Phocylidis: Κινδυνεύει δέ.
- 2. eſt de Sodalitio ac Famulitio Infantis:
  - Sententia eſt: Pueri, qui infantibus ſervire debent, ſint probi & patrio ſermone utantur: Οὐ τοίνυν οὐδέ.
  - Ratio ſumitur è fine: ne nimirũ infantes conſveſcentes barbaris aut improbis, aliquid pravitatis ab iis arripiant:
    - Proponitur ibi: ἵνα μὴ συναναχρωννύμενοι.
    - Confirmatur teſtimonio communi, veteri nimirum proverbio: Si cum claudo habitaveris: claudicare diſces: καὶ παροιμιαζόμενοι.

# Tab. D.

Informatores ſunt vel
- παιδαγωγοί: de quibus duo traduntur præcepta:
  1. Eſt Negativum: Parentes non debent liberos committere pædagogis ἀνδραπόδοις, βαρβάροις, παλιμβόλοις: ἐπειδὰν.
  2. Eſt Affirmativum: Pædagogus ſit talis: qualis fuit Phœnix, Achillis præceptor: δεῖ δὲ.
- Διδάσκαλοι: de quibus unicum traditur præceptũ, quod
  1. Proponitur hoc modo: Præceptores quærendi ſunt pueris, qui & integri ſint vitæ, ſcelerisq; puri, & rerum peritiâ excellentes: διδασκάλους γὰρ.
  2. Probatur ex effecto legitimæ inſtitutionis, procreatione virtutis ac honeſtatis: πηγὴ γὰρ.
  3. Illuſtratur ſimili ab agricolis, qui palos plantis naturâ caducis affigunt: καὶ καθάπερ.
  4. Amplificatur digreſſione in reprehenſionem parentum, qui vel ex ignorantiâ & imperitiâ, vel ex ſtudio amicis gratificandi, vel ex avaritiâ liberos ſuos hominibus vel ignotis, & non probatis, vel perditis & profligatis erudiendos tradunt: Νῦν δέ τις.

# Tab. E.

Partes Informationis ſunt duæ.
- 1. ἡ παιδεία νόμιμος:
  - Commendatur ex adjunctâ præſtantiâ & neceſſitate:
    - Sententia eſt: Informatio eſt res præſtantiſſima, & ſummè neceſſaria: συνελὼν τοίνυν.
    - Ratio deſumitur ex effectis: quia emolumento eſt & ad Virtutem & felicitatem:
      - Proponitur ibi: καὶ ταῦτα φορὰ.
      - Amplificatur è comparatis imparibus & diſſimilibus ſimul.
        - Protaſis conſtat enumeratione bonorum tùm
          - Fortunæ: ac
            1. Nobilitatis: εὐγένεια:
            2. Opulentiæ: πλοῦτος δὲ:
            3. Gloriæ: δόξα
          - Corporis: ac
            1. Formæ: κάλλος.
            2. Sanitatis: ὑγίεια δὲ.
            3. Roboris: ἰσχὺς.
        - Antapodoſis
          - Proponitur ibi: παιδεία δὲ
          - Confirmatur
            1. è ſubjectis incorruptibilibus, Ratione & Oratione, per remotionem cauſarum corruptibilitatis: καὶ δύο,
            2. è teſtimonio.
               1. Stilponis: καί μοι δοκεῖ.
               2. Socratis: σύμφωνος δὲ.
  - Explicatur: Vide Tab. F.
- 2. ἡ τῶν σωμάτων ἀγωνία: vide Tab. H.

# Tab. F.

- **Explicatio fit duobus præceptis:**
  - Prius agit de Oratione: de quâ duplicia traduntur præcepta:
    - 1. ubi quãdo & ad quos non ſint habendæ Orationes.
      - Sententia eſt: Pueris non ſunt habendæ Orationes in publicis ſolennitatibus ad imperitum vulgus: τῶν δὲ πανηγυρικῶν.
      - Rationes ſunt duæ
        - 1. ex contrariis adjunctis ejusmodi Orationum:
          - Proponitur ibi: τὸ γὰρ τοῖς πολλοῖς
          - Confirmatur teſtimonio Euripidis: μαρτυρεῖ δέ μου.
        - 2. ex effecto turpi, intemperanti videlicet vitâ: ὁρῶ δὲ:
    - 2. Quales non ſint habendæ Orationes: quâ de re tria traduntur præcepta:
      - Primi
        - Sententia eſt: Non ſint extemporales.
        - Rationes ſunt tres.
          - 1. ex adjunctâ neceſſitate laboris in Orationibus impendendi, comprobatâ veteri proverbio: Difficilia, quæ pulcra: καλὸν γάρ.
          - 2. ex adjunctâ levitate & confuſione: οἱ δ' αὐτοσχέδιοι. *Orationis Extemporaneæ:*
          - 3. è contrariis effectis extemporaneæ & præmeditatæ Orationis:
            - Proponitur hoc modo: Oratio
              - Extemporanea modum in dicendo excedit: χωρὶς δέ.
              - Præmeditata intra convenientes terminos ſe continet: σκέψις.
            - Confirmatur teſtimoniis
              - 1. Periclis: ὁ Περικλῆς.
              - 2. Demoſthenis: ὡσαύτως καί.
      - Secundi
        - Sententia eſt: Neque ſint nimis exiles, neque nimis inflatæ: ὥσπερ τοίνυν.
        - Ratio deſumitur ex adjunctis ejusmodi Orationum:
          - Inflatæ ad res civiles ſunt ineptæ: ἡ μὲν γάρ.
          - Exiles ſunt infirmæ ad permovendum: ἡ δὲ ἰσχνή.
        - Concluſio eſt è loco communi de aureâ mediocritate: ἔντεχνον δὲ
      - Tertii
        - Sententia eſt: Non ſint uniformes:
        - Ratio eſt è duplici adjuncto:
          - 1. indicio inſcitiæ: ὅτι τὸν μονόκωλον.
          - 2. tædioſitate, illuſtratâ argumento contrario: ἔπειτα δέ.
  - Alterum agit de Artibus ac Philoſophiâ Morali: vide Tab. G.

# Tab. G.

**Alterum Præceptum, agens de Artibus, ac Philoſophiâ Morali, habet duo membra :**

- **Primi**
  - Sententia illuſtrata argumento imparium, eſt : Animus Puerorum informandus eſt tùm in omnibus diſciplinis : tùm præcipuè in Philoſophiâ Morali : Δεῖ τοίνυν τὸν παῖδα.
  - Ratio deſumitur ex effecto Philoſophiæ moralis : Curatione morborum ac perturbationum animi :
    - Proponitur illuſtrata argumento imparium : περὶ μὲν γὰρ.
    - Explicatur per ſuas ſpecies : διὰ γὰρ ταύτην.
  - Amplificatio eſt ex deſcriptione viri conſummati, deſumtâ ex adjunctâ potentiâ conjungendi facultatem reipub. gerendæ cum Philoſophiæ ſtudio:
    - Proponitur ibi : τελείους δὲ ἀνθρώπους.
    - Probatur
      - 1. ex effectis utriusqve :
        - Gerentes Rempub. publicæ utilitati conſulunt :
        - Exercentes ſeſe in Philoſophiâ, tranquillâ vitâ fruuntur : καὶ δυοῖν ὄντοιν.
      - 2. ex enumeratione trium vitæ generum, & eorundem per ſe conſideratorum, ex adjunctis declaratione : τριῶν γὰρ.
    - Confirmatur exemplo
      - Periclis : οὕτως ἐπολιτεύσατο.
      - 2. Archytæ Tarentini : οὕτως Ἀρχύτας.
      - 3. Dionis Syracuſani : οὕτω Δίων.
      - 4. Epaminondæ Thebani : οὕτως Ἐπαμινώνδας.
- **Secundi**
  - Sententia illuſtrata argumento Similium eſt : Utile, imò neceſſarium eſt, neqve veterum commentariorum uſum negligere : ſed & hos colligere, perinde atqve ſit in agriculturâ : πρὸς δὲ τοῖς :
  - Ratio eſt è duplici effecto lectionis bonorum Auctorum :
    - 1. eſt acquiſitio doctrinæ : τὸν αὐτὸν :
    - 2. comprobatum teſtimonio communi, eſt doctrinæ acquiſitæ conſervatio : Καὶ ἀπὸ πηγῆς.

# Tab. H.

τῆς τῶν σωμάτων ἀγωνίας ratio unico præcepto exponitur: cujus

- Sententia eſt: Corpora Puerorum ſunt exercenda: Οὐτοίνυν ἄξιον
- Explicatio fit
  - 1. è finibus duobus: qui
    - 1. Recenſentur:
      - 1. eſt, ut corpori condecens motus & compoſitio acquiratur: ἅμα μὲν.
      - 2. eſt, ut corpori robur concilietur: ἅμα δέ:
    - 2. Confirmantur effecto illuſtrato argumento ſimili, præparatione nimirùm corporis ad ſenectutem, collatâ cum præparatione rerum ad tempeſtatem uſui futurarum, factâ tempore ſereno: καλοῦ γὰρ.
  - 2. ex adjunctâ moderatione exercitiorum corporis: quæ
    - Proponitur ibi: ὅτω δεῖ.
    - Confirmatur teſtimonio Platonis: κατὰ γὰρ πλάτωνα.
  - 3. ex enumeratione quarumdam ſpecierum exercitiorum corporis: quæ ſunt
    - 1. Certamina bellica.
    - 2. Jaculorum & ſagittarum emiſſiones:
    - 3. Venationes: πρὸς γὰρ τοὺς.

# Tab. I.

Modus informandi pertinet partim ad

- τὴν παιδείαν, καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἀγωνίαν ſimul: & explicatur duobus præceptis:
  - Prius eſt de laude ac vituperio: cujus
    - Sententia eſt: Pueri ad honeſta ſtudia excitandi ſunt, non flagris & contumelioſa tractatione; ſed laude & vituperio: Κἀκεῖνο φημί:
    - Ratio eſt è contrariis ſubjectis plagarum ac contumelioſæ tractationis: & laudis ac vituperii:
      - Plagæ & contumeliæ conveniunt ſervis:
        - Proponitur ibi: δοκεῖ γάρ.
        - Confirmatur effecto: ἀποναρκῶσι γάρ.
      - Laudes & vituperia conveniunt ingenuis:
        - Proponitur ibi: ἔπαινοι:
        - Confirmatur ex effecto
          - 1. Laudis impellentis ad honeſta & pulcra; οἱ μὲν.
          - 2. Vituperii, arcentis à rebus turpibus: οἱ δὲ.
    - Declaratio fit
      - 1. ex adjuncto tempore. Tum enim opus eſt
        - Vituperio: ſi pueri nimiâ lætitiâ efferantur: κἀπειδάν ποτε.
        - Laude: ſi pueri ſint revocandi ad alacritatem: idque
          - Proponitur ibi: καὶ πάλιν.
          - Illuſtratur ſimili à nutricibus, quæ quando infantes vagire fecerunt, mammas eis, conſolandi causâ præbent: καὶ μιμεῖσθαι.
      - 2. ex adjunctâ moderatione laudationis: qvæ
        - Proponitur ibi: δεῖ δὲ αὐτοὺς.
        - Confirmatur ex effectis nimiæ laudationis: quia eâ pueri partim inſolentes, partim negligentes, & diſſoluti fiunt: χαυνοῦνται γάρ.
  - Alterum eſt de Requie & reſpiratione: cujus
    - Sententia eſt: Danda eſt pueris reſpiratio & requies continuorum laborum: δοτέον οὖν.
    - Rationes ſunt duæ:
      - 1. eſt è diſtributione totius vitæ humanæ in ſtudium & remiſſionem:
        - Proponitur ibi: ὅτι πᾶς ὁ βίος:
        - Confirmatur inductione aliquot ſpecierum, belli & pacis: καὶ διά.
      - 2. eſt ex effecto, quod
        - Proponitur illuſtratum ſimili: Requies eſt inſtar condimenti laborum: ἡ ἀνάπαυσις.
        - Confirmatur inductione tùm animalium, tùm arcuum & lyrarum: καὶ οὐκ ἐπὶ.
    - Concluſio explicat cauſas conſervantes tùm
      - Corporis: ſuntque Evacuatio & repletio: σῶμα μὲν.
      - Animi: ſúntque Relaxatio & labor: ψυχὴ δὲ.
- τὴν παιδείαν tantúm: vide tab. K.

# Tab. K.

- Modus informandi ad ſolam παιδείαν pertinens, agit de Memoriâ firmandâ :
  - Sententia eſt: Omnium maximè puerorum memoria eſt exercenda & acuenda : πάντων δὲ μάλιςα.
  - Ratio eſt è duplici effecto :
    - 1. eſt Conſervatio Eruditionis :
      - Proponitur ibi : αὕτη γὰρ.
      - Confirmatur teſtimonio Poëtarum, qui Mnemoſynen, Deam Memoriæ, matrem Muſarum finxerunt : καὶ διὰ τοῦτο.
      - Amplificatur Occupatione : cujus
        - Objectio diſſimulatur : Atqui multi ſunt obliviosi.
        - Solutio
          - 1. Proponitur : Et valentibus memoriâ, & obliviosis, memoria eſt exercenda : καὶ τόπων ταύτην.
          - 2. Probatur ex duplicibus effectis exercitationis memoriæ in utriſque: eáque tùm
            - Proponuntur
              - 1.
                - Memoriâ valentes felicitatem naturæ confirmabunt : τῶν γὰρ.
                - Obliviosi naturæ defectum explebunt : τῶν δὲ ἐλλειψιν.
              - 2.
                - Memoriâ valentes aliis fient meliores : καὶ οἱ :
                - Obliviosi ſeipſis fient meliores : οἱ δὲ ἑαυτῶν :
            - Confirmantur teſtimonio Heſiodi : τὸ γὰρ ἡσιόδειον.
    - 2. eſt informatio actionum vitæ : quæ
      - Proponitur ibi : μὴ λανθανέτω.
      - Confirmatur ex effecto : quia vis memoriæ in conſultationibus de rebus futuris rationem præteritarum actionum nobis ob oculos quaſi ponit : οὐ γὰρ τῶν.

# Tab. L.

- Recta Morum conformatio verſatur partim circa
  - Sermonem : cujus formandi ratio triplici præcepto continetur :
    - Primi
      - Sententia eſt : Pueri ſunt abducendi à turpitudine ſermonis : καὶ μὴν.
      - Ratio eſt è teſtimonio Democriti : λόγος γὰρ ἔργου.
    - Secundi
      - Sententia eſt : Pueri ſunt adſveſaciendi; ut ſint affabiles & comes : εἶτα γε μὴν.
      - Ratio eſt ex adjunctâ odioſitate contrarii vitii : οὐδὲν γὰρ.
    - Tertii
      - Sententia eſt : Pueri ſunt adſveſaciendi, ut fugiant in diſceptationibus nimiam pertinaciam : ἔτι τοίνυν :
      - Rationes ſunt duæ :
        - 1, ex effecto, declinatione odii familiarium : ἀμ'σεῖς.
        - 2. ex adjunctâ laudabilitate :
          - Proponitur ibi : οὐ γὰρ τὸ.
          - Confirmatur duplici teſtimonio;
            - Veteri proverbio : Victoria Cadmea : ἔςι γὰρ.
            - 2. Euripidis : ἔχω δὲ.
  - Actiones Morum : vide tab. M.

# Tab. M.

**Ratio conformandi actiones morum explicatur triplici præcepto:**

- **Primi**
  - Sententia eſt: Pueri debent manum abſtinere à rebus injuſtis: τὸ τῶν χειρῶν.
  - Ratio eſt ex effecto damnoſo, comprobata teſtimonio cujusdam Gylippi Spartani, qui ærarium publicum expilare aggreſſus, in exilium pulſus fuit: τὰς χεῖράς τινες.
- **Secundi**
  - Sententia eſt: Pueri debent iram coërcere:
  - Ratio eſt è ſubjecto in quo moderationis iræ, quod eſt vir ſapiens.
    - Proponitur ibi: τό γε μὴν ἀόργητον.
    - Confirmatur tribus exemplis:
      1. Socratis: Σωκράτης.
      2. Archytæ Tarentini: ἀδελφὰ τούτοις.
      3. Platonis: Πλάτων δέ.
- **Tertium agit de lingvæ refrenatione: cujus duo ſunt membra:**
  - **Prius eſt de Taciturnitate:**
    - Sententia eſt: Pueri ſunt aſſvefaciendi ad oportunum ſilentium:
    - Rationes ſunt quatuor
      1. ex adjunctâ præſtantiâ, illuſtratâ comparatione imparium: σοφὸν γάρ.
      2. è fine myſticorum ſacrorum: qui fuiſſe videtur, ut homines commiſſa reticere adſvefierent: Καὶ διά τοῦτό μοι.
      3. è duplicibus contrariis adjunctis Taciturnitatis & Garrulitatis:
         1. Neminem tacuiſſe pœnituit: καὶ γάρ, Multos dixiſſe pœnituit: λαλήσαντες δέ,
         2. Quod tacitum fuit, expromi, ſi opus ſit, facilè poteſt: καὶ τὸ: Quod dictum eſt, revocari nunquam poteſt: τὸ δὲ ῥηθὲν:
      4. ex effecto pernicioſo Garrulitatis:
         - Proponitur ibi: μυρίους δέ:
         - Confirmatur duobus exemplis:
           - Sotadis: τοῦ γάρ.
           - Theocriti Sophiſtæ: ἐνάμιλλα δέ.
  - **Alterum eſt de Veracitate:**
    - Sententia eſt: Pueri ſunt adſvefaciendi, ut vera dicant: παρὰ πάντα.
    - Ratio ex adjunctâ turpitudine & odioſitate mendacii, illuſtrata argumento imparium: τὸ γὰρ ψεύδεσθαι,

# Tab. N.

**De Adoleſcentum rectâ informatione agitur**

- 1. in genere: ubi de ejus tùm
  - Neceſſitate: cujus
    - Sententia, illuſtrata comparatione imparium, eſt: Si pueri opus habent inſtitutione: multò magis habebunt Adoleſcentes: δέον ἂν.
    - Ratio eſt ex imparibus adjunctis vitiorum pueritiæ & adoleſcentiæ:
      - Protaſis
        - Proponitur hoc modo: Puerorum delicta ſunt parva & omninò ſanabilia: τίς γὰρ οὐκ.
        - Confirmatur è duabus cauſſis efficientibus: quæ ſunt
          - Pædagogorum incuria: παιδαγωγῶν
          - Neglectus inſtitutionis Præceptorum: καὶ διδασκάλων.
      - Antapodoſis
        - Proponitur hoc modo: At Adoleſcentum delicta ſunt ſæpè ingentia & atrocia:
        - Declaratur è quibusdam ſpeciebus: quæ ſunt
          - Ingluvies ventris:
          - Direptiones paternorum bonorum:
          - Alea:
          - Comeſſationes & Compotationes:
          - Amores illiciti: ἀμετρία γαστρός.
    - Concluſio explicat:
      - 1. cauſas vitiorum Adoleſcentiæ, quæ ſunt
        - Incontinentia: ἀταμίευτον:
        - Laſcivia: καὶ σκιρτητικόν.
      - 2. effectum neglectus curæ Adoleſcentum: quod eſt, ſuppeditatio licentiæ ad flagitia: ὥσθ' οἶμαι.
  - Modo qui conſiſtit tùm in
    - Minando, docendo, rogando, conſulendo, pollicendo: δεῖ τοίνυν.
    - Monſtrando exempla, quæ ſunt duplicis generis: Ac
      - 1. Proponuntur: ſuntque tùm
        - Eorum, qui voluptatibus indulgentes in magna mala incurrerunt: τῶν μὲν διὰ.
        - Eorum, qui Continentiæ ſtudio magnam ſibi gloriam pepererunt: τῶν δὲ.
      - 2. Confirmantur ſuis effectis: Ac effectû generis:
        - Prioris, eſt Concitatio ſpei honoris, quæ adoleſcentes incitatiores reddit ad honeſta ſtudia:
        - Poſterioris, eſt incuſſio metus pœnæ, quæ adoleſcentes à rebus turpibus deterret: δύο γάρ.
- 2. in ſpecie: vide tab. O.

# Tab. O.

Specialis explicatio rectæ informationis Adoleſcentum continetur quatuor præceptis:

- 1. eſt de Conſortiis vitandis tùm
  - Pravorum omnium:
    - Proponitur ibi : ϗ καθόλου:
    - Probatur:
      - 1. ex effecto pravorum conſortiorum: ex quibus ſemper aliquid vitii Adoleſcentibus adhæreſcit: ἀποφέρονται γάρ.
      - 2. teſtimonio Pythagoræ, idem præcipientis verborum involucris: τοῦτο δέ.
  - Maximè
    - 1. Adulatorum: Præceptum
      - Proponitur ibi : ἁπάντων μὲν.
      - Probatur
        - 1. è duplici effecto adulatorum:
          - Prius
            - Proponitur hoc modo : Adulatores & patres & liberos perdunt: γένος οὐδὲν.
            - Declaratur ex formâ : τοῖς παισὶ τοῖς.
          - Alterum
            - Proponitur hoc modo : Non rarò impellunt adoleſcentes ad ſcortationes : καθῆκε δέ.
            - Declaratur ex effecto pernicioſo, direptione viatici ſenectutis patrum : καὶ τά.
        - 2. è deſcriptione Adulatorum: quorum
          - Genus eſt μιαρὸν φῦλον.
          - Forma ſumitur partim ex
            - Adjunctis :
            - Effectis : ὑποκρίται.
      - Concluditur ibi : ὥστε εἰ τῷ μέλει.
    - 2. Pravorum contubernaliũ & commilitonũ: Præceptum
      - Proponitur ibi : ἐκδιωκτέον δέ.
      - Probatur ex effecto, corruptione præſtantiſſimorum ingeniorum : καὶ γὰρ οὗτοι.
- 2. eſt de delictis Adoleſcentum tùm
  - Non nimis ſeverè vindicandis, ſed nonnullis condonandis; Hoc præceptum
    - Proponitur ibi : οὐ δὲ γάρ.
    - Probatur è conjugatis : quia & ipſi patres olim fuerunt Adoleſcentes : καὶ ἑαυτοὺς.
    - Illuſtratur ſimili à medicis, qui amara medicamenta dulcibus ſuccis condiunt : καὶ καθάπερ.
  - Non nimis ægrè ferendis, ſed irâ concitatâ celeriter minuendâ; Hoc præceptum
    - Proponitur ibi : καὶ μάλιστα.
    - Probatur ex adjuncto animi implacabilis, quod eſt indicium odii in liberos : ὡς τό γε.
  - Nonnullis, quæ tolerari poſſunt, diſſimulandis : Hoc præceptum
    - Proponitur ibi : καλὸν δὲ ἔνια.
    - Illuſtratur duplici comparatione imparium :
      - 1. eſt de amicis, quorum delicta ferimus : φίλων.
      - 2. eſt de ſervis, in quorum frequenter helluantium ebrietatẽ non animadvertimus : δούλων πολλάκις.
    - Probatur ex effecto per Epiphonema : οὕτω.
- 3. eſt de Adoleſcentibus contumacibus matrimonio conſtringendis; vide tab. P.
- 4. eſt de bono exemplo Adoleſcentibus præbendo ; vide tab. Q.

## Tab. P.

- Tertii Præcepti membra ſunt duo:
  - Prioris
    - Sententia eſt: Parentes filios voluptatum ſervos, & adverſus objurgationes ſurdos, matrimonio, ut jugo, conſtringant: πειρατέον δὲ τοὺς.
    - Ratio eſt ex effecto: quia hic nexus Adoleſcentes continet in officio: δεσμὸς γάρ.
  - Alterius
    - Sententia eſt: Parentes filiis deſpondeant uxores neq; nobiliores multò, neque locupletiores: ἐγγυᾶσθαι δέ.
    - Rationes ſunt duæ:
      - 1. eſt è teſtimonio communi, veteri nimirùm proverbio: Tibi æqualem ducito: τὸ γάρ.
      - 2. eſt ex effecto contrarii: redactione Adoleſcentum in ſervitutem: ὡς οἵγε,

## Tab. Q.

- Quarti Præcepti
  - Sententia eſt: Patres ſeipſos evidens omnium virtutum exemplar filiis ſuis proponant: πρὸ πάντων γάρ·
  - Rationes ſunt duæ:
    - 1. eſt è fine: ut nimirùm liberi intuentes in patrum honeſtam vitam, à factis & dictis turpibus abſtrahantur: ἵνα πρὸς τὸν τούτων βίον.
    - 2. eſt ex effectis vitæ parentum, tùm
      - iisdem, quibus Adoleſcentum vita, delictis obnoxiæ, quod effectum eſt, accuſatio ſui ipſorum: ὡς οἵτινες.
      - Omninò flagitioſæ: quæ ſunt:
        - 1. Sublatio licentiæ ſuccenſendi vel ſervis: οἱ δ' ὅλως φαύλως.
        - 2. Manuductio ad qvævis flagitia: χωρὶς δὲ τούτων:
  - Concluſio comprobatur teſtimonio Euridicæ, quæ propter informationem liberorum, in ipſâ ſenectute literas didicit: πειρατέον ἦν:

## Tab. R.

- Epilogus exponit cauſſas, facultatem præceptiones enumeratas vitâ exprimendi ſuppeditantes: ſuntqve
  - 1. Preces: εὐχῆς μᾶλλον.
  - 2. Nutus propitii fati, ſive bona fortuna: εὐμοιρίας:
  - 3. Diligentia: πολλῆς ἐπιμελείας.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-601968-p0019-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-601968-p0020-0

Fc 1251 I

ULB Halle 3
004 494 032

66

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-601968-p0022-1

5

Cg
1962

# DELINEATIO ANALYTICA

Libelli PLUTARCHIANI,

ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ,

ſive,

DE PUERORUM educatione,

Confecta ſtudio

ADAMI LIEBIGII,
Profeſſoris in Illuſtri Aurimontana.

Lignicii typis Sartorianis.
Anno MDCVI.

Reverendo Viro, Doctrinâ et Virtute praestantissimo Domino Abrahamo Cramero, Verbi Divini in pago Hertzogswalde Ministro fidelissimo, amico suo pl. observando mittit Auctor

A.4 A3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-601968-p0023-7